

*um Individuationis.* Cujus sententiæ absurditas inde probatur: Quia si potentia illa proxima materiæ ad recipiendam certam quantitatem est principium Individuationis, seu substantiam materiales in esse individui constituit, sequitur, quod positâ illâ potentiâ ponatur etiam substantia in esse individui & destructâ eâdem rursus destruaturs esse ejus individuale. Posterius autem non fit. E. nec prius admitti potest. Consequentia est manifesta. Nam si *potentia illa* ullo modo Individuationis principium est, sine dubio erit illud, quod vulgò appellant *principium sive causam per emanationem.* Jam verò eorum, quæ per emanationem aliquid causantur, ea perpetuò est ratio, ut illis positis ponatur, iisque sublatis tollatur eorum effectus.

§. 15. Minor, quoad prius membrum, quod sc. *positâ illâ potentiâ proximâ non statim ponatur substantia materiales in esse individui, confirmatur ex eò, quod positâ illa po-*

B a

tentia,